



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. V. De differentia pleniore artis & scientiæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](#)

60 GULIELMI SCRIBONII

*Quarum rerum igitur est scientia?*

Rerum immutabilium & necessario, per  
petuoque constantium, qua secus evenire non  
possunt, ut sunt res æternæ & spirituales: de  
qua cōtemplatione potissimum percipimus.

*Quando autem quis eas scire dicitur?*

Si causas earum cognoverit. Scire siquid  
est rerum causas tenere.

C A P. IV.

De arte.

*Artem quomodo definis?*

*Tέχνη, inquit Aristoteles, ἡ τις εξ οὐρανού  
διηγήσεως μηδενικην. Habitus quidam cum ratione ve-*  
ra in faciendo positus.

*Circa quas res hæc virtus versatur?*

Non circa res necessariò contingentes, nec  
circa res naturales versatur: sed in iis locis ha-  
bet quæ esse aut non esse possunt, & quorum  
principium in nobis est situm.

*Ergo summa differentia est inter artem & sci-  
entiam?*

Maximè. Rerum enim necessariarum &  
contemplabilium est scientia: ars vero rerum  
contingentium & quarum praxin aliquā pos-  
contemplationē nos ipsi exercere possumus.

C A P. V.

De differentia pleniore artis & scientiæ.  
*Estne vero rata & catholica abs te proposita artis  
& scientiae differentia?*

Ari-

Aristoteles quidem hanc docuit; veruntamen aliorum philosophorum sententia eam respuere videtur.

*Quinam hoc demonstrabis?*

A communi usu bene philosophantium, qui indifferenter in eadem significatione tum artis tum scientiæ, itemque doctrinæ vocabulo utuntur.

*Plenius quæso hoc ipsum declares?*

Cicero Scientiam definit *comprehensio-* *In quest.*  
*nem rerum stabilem atq; immutabilem. Qui-* *Academ.*  
*bis verbis propemodum ars quoque defini-*  
*tur, ordinatio rerum necessiarum homini-*  
*busque utilium. Unde Cicero ibidem ait, Ar-*  
*tem nullam esse posse sine sciētia. Omnis the-*  
*oria nimirum habet suam aliquam praxin, &*  
*vicissim praxis qualibet requirit contempla-*  
*tionem.*

## C A P. VI.

### De Sapientia.

*Quanam sunt virtutes intellectivæ rerum  
agendarum propriæ?*

Sapientia & Prudentia.

*Sapientia qualis virtus est?*

Est scientia intelligentiaq; reiū omnium  
quæ sunt in honore & pretio.

Cicero: Sapientia est rerum divinarum hu-  
manarumque, & earum quibus res istæ conti-  
nentur scientia.